

caesis injiciat. Si Papa, inquiet aliquis, in serendo de fide solenni iudicio, errare non posset, superflua essent Concilia generalia, ad integrum abfolutamque heresem damnationem: quandoquidem possent a solo Romano Pontifice infallibiliter proscribi, atque damnari. Scrupulus tamen illi brevi observatione eximitur. Non sunt absolute necessaria Concilia Ecumenica, ad certam & infallibilem heresem damnationem: cum tam multa, nullis celebratis Conciliis, damnata sint heres, tribus prioribus Ecclesie loculis, ante Conciliis Nicenae primi celebrationem, ac secutis inter temporibus. Sunt tamen quandoque necessaria, tunc ad coercendam hereticorum pertinaciam; qui utius Romani Pontificis iudicio stare nolunt, quem in ferenda sententia falli posse dicunt; tunc ad ostendandam omnium Ecclesiarum, in errore aliquo damnando, consensum. Ad quæ due medium est ordinarium, Conciliis Ecumenicis celebratur. Patet id exemplo Concilii omnium primi in Ecclesia celebratur, Jeroymitani feliciter temporibus Apostolicis. Controversia Antiochiora fuerat, Iudeos inter arque Gentiles ad fidem conversos, esse necesse servanda. Nemo Apostolorum illic erat, qui controveriam solus definire non posset, iudicia prorsus infallibili: cum essent illorum singuli Aphiliale seu infallibilitatis in fide privilegio donati, post effusum Spiritus Sancti, qui eos omnem docuerat veritatem. Concilium tamen Jeroymitum actum est, ad quod convenere Apostoli omnes, qui iusti aderant, & Seniores; ut negotium illud in commune conferrent: hujusque Concilii audito iudicio, turbatorum fidelium sedati sunt animi, & in eandem sententiam reconciliati. Non abfamiliter fecutis inde temporibus, post latum a Melchiade Romano Pontifice iudicium contra Donatistas, (a) dedit Constantinus Arelatense Concilium, non quia necesse erat, sed horum importunis clamoribus cedens, & omni modo cupiens tantum in folientiam coercere. Uti & post latum a Leone I. Sententiam contra Eutychianos Chalcedonensem Synodus adcepit, quamvis evidenter appareret, rem de qua agebatur nequaquam Synodali indigere tractatione, ut ait ipse Leo in Epistola ad Theodoreum Imperatorum: sed ut pleniori iudicio posset omnis error aboliiri. Pleniori, inquam, iudicio, hoc est, solenniori, quatenus Patres Chalcedonenses in eamdem cum Leone sententiam conspirantes, suo capite membra concordarunt. Unde & in Epist. ad Theodorem, quia est 62. Gloriatus, inquit, in Domino, qui nullum nos in nostris fratibus detinendum sustinere permisit, sed que nobis prius ministerio deficerat, universa fraternitas firmavit accessu, ut vere a se prodigiis ostenderet, quod prius a prima omnium Sede formatum, totius Orbis iudicium recessisset. Aut etiam, quod verisimilis arbitror, Pleniori iudicio, hoc est, frequentiori Concilio, quam quod fuerat antea celebratum Constantinopoli, & a quo fuerat appellatum. Universo igitur ac generante non sunt absolute necessaria in Ecclesia Catholica Concilia Ecumenica, ad certam, constantem, & infallibilem Catholicae veritatis adversus hereticos definitionem, sunt tamen quandoque necessaria, tam a reprimendam tumultuantiam hereticorum audaciam, tam ad pacem turbatis fideliū animis afferendam, tum demum ad maiorem lati iudicii Ecclesiastici solennitatem: quae tunc reluet maxime, dum in ejusdem fidei professionem cumpirant Ecclesia universa; quarum nomine sententiam in Concilio Episcopi ferunt, Conillarum utique Rectores a Spiritu Sancto positi, in edificationem Corporis Christi.

(a) S. August. Epist. 167.

ciunt, inutiles chartas implent; quibus eruditissimum, quam illis non invideamus, ostentant; sed caussam quam suscepere, nihil magis tueruntur atque defendunt.

DE ROMANO PONTIFICE

Concilis Ecumenicis

AUCTORITATE, POTESTATE, JURISDICTIONE SUPERIORI

DISSERTATIO ALTERA.

CAPUT I.

Questionis status aperitur. Prefatio Romanorum Pontificis Concilii Ecumenicis, a notatione nominum & titulorum ostenditur.

I. Q UÆ nunc tanta animorum contentione agitant in Scholis Theologicis celebratim controversi, uter auctoritate ac potestate praestet, Romanus Ponitifex, an Synodus Ecumenica, non ante annum 1409. viros Theologos legumque peritos varias in partes egit, & in contraria studia distractit: alios quidem pro Romano Pontifice supra Synodus, alios pro Synodo supra Pontificem, tanquam pro aris, & focis acerrime disputantes. Cum enim tunc primum in Concilio Pisano ageretur, de duabus Romanis Pontificibus, de supremâ dignitate contendentibus, e sua Sede deturbatis; alteroque certo & indubitate Pontifice in illorum locum deligendo; dubium illico inter viros eruditos obortum est, tantumque auctoritatis ineftet Concilio Ecumenico, ut in Romanum Pontificem possit animadvertere. Et quamquam dubium illud, ut primo obortum est, ac pro ea conditione temporum nulla negotio solutum sit: quia dubius tunc Pontificis agebatur, quibus praefatre Concilio Ecumenico schismatis tempore, nemo ambigit; autem tamen subinde est, novisque difficultibus implicitum, ubi generatis, & universo de quibusvis Pontificibus, etiam indubitate & certis quocto mota fuit; praestente Concilio Ecumenico, an potius subfint? Quia de re in Conciliis Constantiens & Basileensi, ac post illa ipsa, in utramque partem, a Theologis Legum peritis acriter est disputatum.

Hanc itaque controversiam ut agitare instituti nostri est, ita illam ipsum in bono lumine pone-re convenient, quidque proprie in questionem veniat aperire necesse est: ne quod sepe fit perpetram & præpostere controversias sensu accipiatur. Intendat igitur animos quisquis legit.

II. Concilium generale bisariam accipi potest. Primo quidem ut Episcopos complectit universos in cœtum vocatos, simulque Romanum Pontificem, qui iidem praefat, seu per se se, seu per Legatos suos. Atque hoc sensu, eaque amplitudine accepto Concilio, perfatum est inquirere, sine Romanus Pontifex Concilio generali superior?

Idem quippe est, atque inquirere, sine Romanus Pontifex superior Romano Pontifice: cum & sic Concilium generale, Romanum quoque Pontificem complectatur. Imo cum totum majus sit parte sua, siue Romanus Pontifex Concilii generalis hoc sensu accepti pars, tametsi principalis & capitalis; necesse profecto est, Concilium generale hoc sensu acceptum & intel-

Serry Tom. V.

lectum, majus aliquid esse, atque ita potestate atque auctoritate praestans, Pontifice solo acceptum. Maxime vero cum repugnet Episcopos universos, Romano Pontifici adjunctos, Romano Pontifici nihil addere, nihil adjungere. Hoc itaque sensu accepto Concilio, non movetur in praesenti Controversia. Secundo Concilium generale accipi potest, ut folios complectit universos Episcopos in cœtum vocatos, Pontifice ipso, qui iis praefat, non computato & comprehenso. Ut profecto dum dicimus, hunc vel illum Romanum Pontificem huic vel illi Concilio Ecumenico præfuisse; Ex. gr. Sylvesterum Nicenae I. id solum intelligimus, præfuisse Sylvesterum Episcopos trecentis decem & octo in eum cœtum vocatis, Sylvestro non intellecto nec computato: cum plane pugnet, sibimet ipsi praefesse Pontificem, dum alii Episcopis praefest.

Atque ille ipse germanus est sensu, quo praefens agitur controversia, de Romani Pontificis supra Concilium Ecumenicum eminentia. Nempe illud queritur, Num ex quo convenerunt in Concilium Episcopi universi, simulque ad ferendum iudicium sedent, praefide Romano Pontifice, seu per se se, seu per Legatos suos, major sit eorum omnium Episcoporum auctoritas, jurisdictio, judicandi potestas, quam Romani Pontificis, qui praefest illis, & Caput est? Adeo ut confirantibus in sententiam aliquam Episcopis universis, Romano vero Pontifice in contrariam abeunte, & oppositum fertatis aliunde debitis formulis definita, standum nobis est Episcoporum sententia potius, quam Romani Pontificis, qui praefest illis, & Caput est? Adeo ut confirantibus in sententiam aliquam Episcopis universis, Romano vero Pontifice statutum decretumque ab universo Patribus editum, cui ipsemet nec per se se, nec per Legatos suos deferat assensum; aut cui Legati suope genio, mandata Pontificia prætergressi assensu fuiserant, rescindere arque in irritum mittere? ut fecit Leo I. in Concilio Chalcedonensi. An etiam posset Pontifex Concilio Ecumenicum abrumpere, suspendere, aut alio transference, Patribus dissentientibus ac repugnantibus? Ut fecit Eugenius IV. in Concilio Basileensi.

Quo sensu questionis explicato, ita pronuncio: Romanus Pontifex Concilio Ecumenico praefat, cedemque auctoritate, iurisdictione, iudicandi dignitate, potestate, superior est.

III. Probat id aliqui, ex eo quod Romanus Pontifex convocet iure primatus sui Concilia Ecumenica, iisque præfis seu per se se, seu per Legatos suos. Conatum laudo, non probo tamen ex integro. Quam enim utilis, quam elumbis probatio illa sit, ex eo maxime liquet, quod ut cœtum aliquem convocare quis possit, satis abunde sit, si in singula illius membra, seorsim &

E 2 fejun-

sejunctim accepta, supremam auctoritatem exercat. Ex hoc enim solo singulis membris praepare potest, ut in ceterum convenient. Non est tamen omnino necesse, ut supra ceterum integrum, ubi semel coactus est, supremam habeat potestatem. Non absimiliter ut ceteri praefecti quis possit, satis est, si primatum in eo cetero teneat honoris & dignitatis, eti forte dominatum super ceterum ipsum nullum habeat. Quod in omni bene constituta Republica etiam hodie comprobatur. Porro non est hic nobis controversia de pfectantia & excellencia honoris & dignitatis tantum, verum etiam potestatis atque auctoritatis.

Nihilo felicius in statute Conclusionis probationem veniunt alii Theologi Juriumque periti, qui Pontificem Concilii Oecumenici auctoritate praestare idcirco probant, quod super Conciliorum Oecumenicorum statutis dispensare possit, ac etiam saepe dispensat. Infeliciter sane atque fuiliter. Ut enim id possit Pontifex, agatque re ipsa, satis illi superque est, quod plenitudinem potestatis haberet in universa Ecclesia, eti eam fortassis non haberet supra ipsam Ecclesiam, ac supra Concilium Oecumenicum, quod quarimus in praesentia. Quia certe ratione potest & Pontifex praeiens ex gr. super statutis suorum Decessorum dispensare, & re ipsa quandoque dispensat; eti cum nemo Decessoribus suis dixerit potestatis atque auctoritatis superioris.

IV. Aliunde ergo perendum nobis est medium probationis, si quo felici exitu primum statuta Conclusionis fundamentum ponere volumus. Offerit illud se se statim in limine, Notatio felicit nominum ac titulorum, quibus Romanus Pontifex insignitus supra Ecclesiam, atque ita supra Concilium Oecumenicum. Est enimvero Romanus Pontifex Universalis Ecclesia Caput, Pater, Pastor, Rector, Doctor, Princeps, ac Dominus, & quidem compare ad Ecclesiam Universalem; cum si & ipsa Myticum corpus aliquod, Omnes unum Corpus multi sanguis in Christo: Familia quedam Sacra, qui est fidelis servus, quem confluuit Dominus super familiam suam? Grec, seu Ovile, fiet unus ovile & unus pastor: Exercitus in terris militans, Sponsa terribilis ut castrorum aies ordinata. Schola salutis, qui non basulat cruem suam, non potest meus esse discipulus. Dominus spiritualis, Ipsi tamquam lapides viri superedificanii donus spiritualis: Regnum Christi, transfluit nos in regnum filii dilectionis sue. Quos porro titulos habet Pontifex ad Ecclesiam Universam comparatus, eosdem habeat necesse est comparatus ad Concilium Oecumenicum: cum istud Ecclesiam Universam representet, imo ipsa sit Ecclesia Universa in suis principiis membris congregata. Maxime etiam cum ipsa quoque Concilia Oecumenica illos ipsos in Romanis Pontificibus titulos recognoscant; eosdemque venerentur, ut Caput suum, Patrem suum, Pastorem suum, Rectorem suum, Doctorem suum, Dominum suum, Principe suum; ut pater ex Litteris Synodalibus Concilii Constantinopolitan I. ad Damasum, Chalcedonensem ad S. Leonem, Concilii III, Constantinopolitan ad Agathonem, aliquorumque Conciliorum, qua commemoratione longum esset. Cum itaque Caput alios corporis membris praefect, non sejunctis tantum, sed & conjunctis, simulque sumptis, illisque omnibus superius omnino sit; Pastor non oviibus tantum seorsim acceptis, sed & conjunctis, totique simili gregi superior; Pater non huic aut illi filio, sed & toti simili familia; Dux ac Rector non huic tantum & illi militi, sed toti simili exercitu; Doctor atque Magister non huic tantum & illi

discipulo, sed toti simili Schola; Princeps non huic tantum & illi subdit, sed & toti Civitati vel Regno: Consequens omnino est, ut & Romanus Pontifex, qui titulus illis omnibus gaudet, ad Ecclesiam universam, Conciliumque Oecumenicum comparatus, non sejunctis tantum Ecclesie membris, sed toti simili Ecclesia; non divisus tantum Concilii Praefulibus & Episcopis, sed toti simili Concilio praefect, auctoritate potestateque superior sit.

V. Neque refert quod nonnulli reponunt: Romanum Pontificem tam in Ecclesia Universa, quam in Concilio Oecumenico partem esse; partem autem toti superiori effe non posse. Quasi vero, Pars equidem illa est, sed dominatrix, certarumque omnium matrix, moderatrix, & reatrix. Ad eum sane modum, quo ex Galliarum toti regno suo despotice praefect, supremusque Dominus est; quamquam sit ille Gallici regni pars, utique dominatrix: Caputque humanum toti corpori dominatur & praefect, tamecum rationem partis habeat in homine toto, partis inquam certarum motricis atque rectricis.

Minus multo refert quod illi subjiciunt, maxime vero Ludovicus Maimburgus; idcirco Reges supremos in regnis suis auctoritate praefare, quia in suis ditionibus Dominatum exercit, quod contra facere in Ecclesia nequeunt Romani Pontifices, quibus a Christo Domino in persona Apostolorum dictum est Luca 22. Reges gentium dominantes eorum, vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui praefector est, fiat ministrator. Non habent itaque Pontifices dominatum.

Non id inquam refert. Duplex enim in Ecclesia distinguedus est dominatus: Alter quidem proprietas & possessionis, qui solius Christi proprius est; quippe qui solus Ecclesiam mercatus est sanguine suo; alter iurisdictionis atque regiminis, qui Romano Pontifici maxime congruit; cum summus Ecclesia rector moderator & princeps a Christo Domino datus sit. Unde Gerfonius ipse, quamquam aliunde Romanis Pontificibus minus propius, lib. de Statu Praetoriorum consideratione 13. (Status Papalis, inquit, institutus est a Christo supernaturaliter & immediate, tamquam primatum habens monarchiam, & regalem in Ecclesiastica hierarchia; secundum quem statum unicum & supremum, Ecclesia militans dicitur una sub Christo. Quem statum quisquis impugnare, vel diminuere, vel aliqui Ecclesiastico statui peculiari coquare praefumit, si hoc pertinaciter faciat, hereticus est, schismatics, impius atque factielegus. Cadit enim in heresim tories expressae, se damnata, a principio nascenti Ecclesia usque hodie, tam per institutionem Christi de principatu Petri super Apostolos, quam per traditionem totius Ecclesie, in sacris eloquii suis, & generalibus Conciliis.) Et tractatu de vita spirituali lectione 3. Habet itaque Papa primo dominium superioritatis a Christo supra totam Ecclesiam, cum plenitudine potestatis in eis, qua spirituale regnum Ecclesiae propter dictum respiciunt.

Ex Accademia Parisea in Instructione data Germanis anno 1575. Papalem potestatem declarat esse Iure divino Monarchiam. Quod supra laudatus Gerfonius ad fidem spectare docet, tractatu de Ecclesiastica potestate, verbis hisce diffitissimis: Plenitudo potestatis Ecclesiastica propria sumpta non potest esse nisi in uno Summo Pontifice formaliter & subjective. Alioquin Ecclesiasticum regimen non esset monarchicum, & habere posset multiplex caput ex aquo, quod aperie est hereti-

cum.

DISSERTATIO ALTERA CAP. II.

37

cum. Christus ego loco nobis objecto, Discipulis suis vetat dominatum tumidum, superbum, arrogautem, quo Reges gentium in suos solent subditos dominari; ut scilicet fideles subditos manefitudine, lenitate, & charitate Pontifices moderentur & regant: non dominatum prohibet supremam potestatis aquae auctoritatis. Cum duo illi dominatus sesum invicem minime pugnant. Christus enim, qui de se ajet, mitis sum & humilis corde, de te quoque dicebat: Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis, sum eternus: & alibi, Ego Dominus & Magister vestor lavi pedes vestros. Et de Apostolis omnibus in schola humilitatis edocit, propheticte dictum est Psalmus 44. Constitutes eos principes super omnem terram.

C A P U T . II.

Superiores esse Romanis Pontifices Concilii Oecumenicis, evincit suprema potestas, quam in iis, ino & super ea exercent jure summo, semperque exerceunt.

I. **Q**uantam exerceant, exerceuerint semper Romani Pontifices super Concilia Oecumenica potestatem, declarat Leo X. in Constitutione Pastor aeternus, que sess. 11. quinti Concilii Lateranensis lecta, improbata non est: nec modo declarat, verum etiam probat, adductis exercita suprema potestatis exemplis. (Solum Romanum Pontificem pro tempore existentem, tamquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, tam Concilliorum indicendorum, transferendorum ac dissolvendorum plenum jus & potestatem habere, nedum ex Sacra Scriptura testimonio, dictis Sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum, facrumque Canonum decreta; sed propria etiam corundem Concilliorum confessio ne manifeste constat. Quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, utpote notiora, silentio praetere. In Alexandrina enim Synodo, Athanasio ibidem existente, Felici Romano Pontifici ab eadem Synodo scriptum suffit legimus, Nicenam Synodum statuisse, non debere absque Romani Pontificis auctoritate Concilia celebrari. Neque nos later, etiam eudem Leonem Pontificem Ephesinam secundam Synodum ad Chalcedonensem transfluisse. Martinum Papam quintum praefidentibus suis in Concilio Senensi, potestatem transferendi Concilium, nulla consensus ipsius Concili mentio habita, dedisse. Ephesinam quoque primam Synodum Cælestino, & Chalcedonensem eidem Leoni, sextam Agathoni, septimam Hadriano, octavam etiam Constantinopolitanam Synodum transfluisse. Unde & in pervetusculo Codice Vaticana Bibliotheca, si fides Baronio est, legitur: Sententiam de damnatione Macedonii & Eunomii Damasus confirmari precepit, etiam in sancta Synodo Oecumenica, que precepit & auctoritate ejus apud Constantinopolim celebrata est.

III. Non absimil supremam in Concilia auctoritatis specimen dedere Liberius & Leo Magnus, dum in Concilia Orientalia duo, convocatione quidem illustris & Oecumenica, exitu tamen infausta, atque horrenda latrocinia, animadverterunt. Liberius inquam, dum Ariminensis Concilii judicium infregit; Leo vero secundi Concilii Ephesi acta recidit. Amboque Pontifices ab illorum Conciliorum Episcopis fidei profectionem exeguerunt, iis aperte contraria, que ante decreverant fanxerantque: ipsasque illorum Synodos cassas nullas, tutiles pronunciarunt. Quin & ille ipse Leo Magnus summis precibus exoratus, a Patribus

bus Concilii Chalcedonensis, (quo nullum in Ecclesia illustris sanctiusque fuit) ut quem in gradiam Patriarche Constantinopolitani Canonem ediderat Vicecumulum octavum, auctoritate sua confirmaret; frangi & mollescere necius eundem infregit infinitavitque. Adeo ut ad multum tempus, etiam in Ecclesia Orientali effectu caruerit Canon ille. Quo nullum suprae atque despoticus super Concilia Oecumenica potestatis exemplum illiusfuit prodit antiquitas. Nec minus illustre supremæ in Concilia Oecumenica potestatis specimen dedere Pontifices alii, qui Concilia interdum pro exiguo Episcoporum numero, Nationalia vix reputanda, pro Oecumenica tamen haber voluerunt, atque iuferunt: & pro Oecumenicis ab Ecclesia universa re ipsa sum habita, ob id unum quod a Romanis Pontificibus eo titulo fuerint approbata, & confirmata. Hujus certe generis est Concilium Constantiopolitanum I. Episcopis dumtaxat 150. confatum, itique dumtaxat Orientalibus. Hujus generis Concilium Constantiense II. cui totius ferme Occidentis Episcopis repugnarunt. Hujusdemum generis Concilium Nicenum II. contra quod reclamarunt ex Germania, Gallia, Hispania Episcopi 300. Francofurti congregati. Quæ tria tamen Oecumenici titulum, dignitatemque Romanorum Pontificum nunti, atque arbitrio obtinebantur, in universa qua late patet Ecclesia.

IV. Quid quod Concilia Oecumenica, a Romanis Pontificibus suarum definitionum adversus heres edendarum normam ac specimen interdum accepterint, primamque velut suorum Canonum prescriptionem, siue officiis effe crediderint, ei ipsa definire atque sancire, quæ ante Pontifices sanxissent atque definitivissent: quasi præviis Pontificum definitionibus non modo docerentur Episcopi, verum etiam ad idem definitiendum adstrinserent & cogerentur.

Sic Patres Concilii Ephesini primi sententiam depositionis in Nestorium Hæretarcham ita pronunciarunt Actione I. Coacti per Epistolam Sanctissimi Patris nostri & communis Cœlestini Romane Ecclesiæ Episcopi, lacrymis subinde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam venimus.

Sic Concilii quarti Oecumenici, Chalcedonensis scilicet, Episcopi, lecta Divi Leonis Epistola ad Flavianum data, quæ Mysterium Incarnationis prave & inique ab Eutychete implicatum atque confusum, certis definitionibus explicabat, sicut acta referunt, Clamaverunt, hec Patrum fides, hac Apostolorum fides: Omnes iste credimus, Orthodoxi ita credunt: anathema ei qui ita non credit. Evidenter possumodum rescripserunt: Apostolatus vestri scripta, ita ut Symbolum fidei, quisquis Sacramenta religionis non negligit, tabulis cordis inscripti, & tenaci ad confundendos hereticos, inquit, Litteras misimus, ad confirmandos in fide animos, non solum Sacerdotum, sed etiam Layorum. Et ad Theodosium Imperatorem: Evidenter appetit, rem de qua agitur, Eutychianæ scilicet heres damnationem, nequaque Synodalis indigeret tractatione. Ac re ipsa quidem tractatio nulla, nulla discussio, nullum Epistolarum illarum examen Chalcedone factum est; sed viis illis atque perlefit, approbatio publica Patrum acclamatione data est: Hec Patrum fides, hac Apostolorum fides: Omnes iste credimus, Orthodoxi ita credunt: anathema ei qui ita non credit. Evidenter possumodum rescripserunt: Apostolatus vestri scripta, ita ut Symbolum fidei, quisquis Sacramenta religionis non negligit, tabulis cordis inscripti, & tenaci, quo ad confundendos hereticorum errores parvior fibet, memorie commendaverunt.

Sic Patres sexta Synodi Oecumenica, nempe tertiae Constantiopolitanæ, in Litteris Synodicalibus ad Agathonem, quæ extant post actionem decimam octavam, ita praefut: Perlefit vere Confessionis Litteris a vestra paterna Beatitudine ad p̄fissimum Imperatorem missis, quas ut a summo Apostolorum vertice dñe per scriptas agnoscimus; per quas exortam nuper multiplicis erroris sectam depulimus... . Hereticorum nefariorum doctrinam quasi obfisione adorari sumus; ac ipso ut lapsos circa fidem, & peccatores in matutinis extra castra atritorum Dei, in Davidice loquamus, anathematis interficiimus, ex sententia per sacras vestras Litteras de his prius latæ.

V. Quod ut agerent Sacrarum Synodorum Episcopi, hoc est, ut edendarum Canonistarum definitiōnē informationes per scriptiones & documenta, a Romanis Pontificibus, tamquam vera fidei Doctoribus atque Magistris in antecellsum accipie-

rent, præsca lege sanctum erat. Cujus quidem meminerunt Episcopi Africani in Epistola Synodica, Theodore Romano Pontifici data; quem idcirco patrem patrum, & summum omnium Praesul Pontificem, in ipsa inscriptione salutant. Antiquis regulis sanctum est, inquit, ut quidquid, quamvis in remota & in longinquæ postis Provinciis ageretur, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam summae Sedis vestra fuisset deductum; ut hujus auctoritate justa quæ fuisset pronunciatio, firmaretur; indeque sumerent ceteræ Ecclesiæ, velut de nativo suo fonte predicationis exordium, & per diversas busynodi regiones puritas incorrupta maneat fidei Sacramenta salutis. Nempe, si bene conjicio, Apostolica Sedis auctoritas obtinebat, ut illa ipsa in suis Synodis definiens Episcopi arque firmarent, quæ prius a Romanis Pontificibus fuerant pronunciata ac definita: Propterea quod essent illi profanarum heretorum defractores, Præcipites & Doctores Orthodoxe & immaculatae fidei, ut loquuntur Sergius Cyprianus Episcopus, in Epistola ad eundem Theodorum Pontificem data,

VI. Imo usque adeo pro potestate atque imperio, cum Concilii Oecumenici interdum agebant Romani Pontifices, dum edendarum definitionum specimen normamque præmitabant, ut iudicium illis approbationis duntaxat quandoque relinquerent, non discussionis atque examinis. Quod in S. Leone magno videre fuit, dum celebrant adversus Eutychianam heresim Epistolam ad Patres Concilii Chalcedonensis submissi, quæ serenda damnationis norma illis effet. Rejet, inquit, penitus audacia disputandi; cum secundum Evangelicas autoritates, secundum propheticas voces, & Apostolorum doctrinam plenissime & lucidissime per Litteras quas ad beatæ memoriae Flavianum Episcopum misit, fuerit declaratum, que sit de Sacramento Incarnationis Domini nostri JESU Christi pia & sincera confessio. De quibus etiam litteris ad Julianum Coenalem Episcopum scrivenis, sufficienes, inquit, Litteras misimus, ad confirmandos in fide animos, non solum Sacerdotum, sed etiam Layorum. Et ad Theodosium Imperatorem: Evidenter appetit, rem de qua agitur, Eutychianæ scilicet heres damnationem, nequaque Synodalis indigeret tractatione. Ac re ipsa quidem tractatio nulla, nulla discussio, nullum Epistolarum illarum examen Chalcedone factum est; sed viis illis atque perlefit, approbatio publica Patrum acclamatione data est: Hec Patrum fides, hac Apostolorum fides: Omnes iste credimus, Orthodoxi ita credunt: anathema ei qui ita non credit. Evidenter possumodum rescripserunt: Apostolatus vestri scripta, ita ut Symbolum fidei, quisquis Sacramenta religionis non negligit, tabulis cordis inscripti, & tenaci, quo ad confundendos hereticorum errores parvior fibet, memorie commendaverunt.

Sic Concilii quarti Oecumenici, Chalcedonensis scilicet, Episcopi, lecta Divi Leonis Epistola ad Flavianum data, quæ Mysterium Incarnationis prave & inique ab Eutychete implicatum atque confusum, certis definitionibus explicabat, sicut acta referunt, Clamaverunt, hec Patrum fides, hac Apostolorum fides: Omnes iste credimus, Orthodoxi ita credunt: anathema ei qui ita non credit. Evidenter possumodum rescripserunt: Apostolatus vestri scripta, ita ut Symbolum fidei, quisquis Sacramenta religionis non negligit, tabulis cordis inscripti, & tenaci, quo ad confundendos hereticorum errores parvior fibet, memorie commendaverunt.

Sic Patres sexta Synodi Oecumenica, nempe tertiae Constantiopolitanæ, in Litteris Synodicalibus ad Agathonem, quæ extant post actionem decimam octavam, ita praefut: Perlefit vere Confessionis Litteris a vestra paterna Beatitudine ad p̄fissimum Imperatorem missis, quas ut a summo Apostolorum vertice dñe per scriptas agnoscimus; per quas exortam nuper multiplicis erroris sectam depulimus... . Hereticorum nefariorum doctrinam quasi obfisione adorari sumus; ac ipso ut lapsos circa fidem, & peccatores in matutinis extra castra atritorum Dei, in Davidice loquamus, anathematis interficiimus, ex sententia per sacras vestras Litteras de his prius latæ.

V. Quod ut agerent Sacrarum Synodorum

Qua-

DISSERTATIO ALTERA CAP. II.

Quapropter sicubi forte legitur, examen aliquod Epistola celeberrima D. Leonis factum esse Chalcedone; aut etiam Leonem ipsum Epistolam illam misisse Chalcedonem, ut examinaretur a Patribus; (quod nonnulli ex ejus ad Theodoretum Epistola 63. colligere sibi videntur;) examen est intelligentium, non quidem ex quadam dubitatione profectum, num Catholicam fidem contineret, exponeretque fidelier; sed examen ad ampliorem notam, & credita, & professæ fidei veritatis elucidationem institutum. Ecce enim p̄fecto Epistolam suam, a Patribus Chalcedonibus, ex dubitatione num Catholicam fidem recte expositum conteneret, examinari voluisse Leo magnus; quam plenissimam lucidissimam sacramenti incarnationis confessionem esse, nullaque Synodali tractatione indigere, datis Epistolis affirmatur? Aut qua ratione de illius Epistola Orthodoxia Chalcedonenses Patres vel leviter dubitassen, quam jam per publicam acclamationem, statim atque illis leta fuit, excepentes venerabundi, approbaverant, in eam proris animis consenserant? Quam etiam Episcopi Galli, statim atque illis exhibita est, tamquam Symbolum fidei tabulis cordis inscriperant? Ut ipsi dicerent, data ad Leonem ipsum Epistola Synodica, ex Concilio Arelatenensi anni 451. Apostolatus vestri scriptum, ita ut Symbolum fidei, quinque Sacramenta religiosum non negligit, tabulis cordis inscripti, & tenaci ad confundendos hereticorum errores ut parvior sit, memorie commendavit. Itane de Symbolis fidei intimo cordis inscriptis subit adhuc aliqua dubitatio, num Catholicum fidem recte expositam complicitantur? Si quod ergo celebrerent Epistolas D. Leonis examen Chalcedone factum est, non ad dubium de illius Orthodoxia deponendum est factum, sed ad ampliorem agitant jam & credita & professæ fidei veritatis elucidationem. Quod ipse etiam Leo Magnus, in ea quæ nobis obicitur ad Theodoretum Epistola 63. aperte significat, dum ait, Ipsa quoque veritas clarius renescit, & fortius restituit, dum quæ fides prius docuerat, hac postea examinatio confirmat.

In Agathone quoque videre fuit, quam egrent pro potestate Romani Pontifices, dum suos ad Concilia Oecumenica Legatos mitterent. Quandoom & ipse suis ad sextam Oecumenicam Synodum missis Legatis injunxit, ut nihil documentis sibi dati augere, minuere, vel mutare posuerent: Sed traditionem Apostolicae Sedis, ut a predecessoribus Pontificibus instituta est, sincere narrarent. Quia de re Constantiū Imperatorem positionatum per literas mouit.

VII. Quæ cum ita fuit omnia, quis non videt vel mediocriter sapiens, experimento ipso, usque priorum seculorum palam aperteque constare, Romanos Pontifices auctoritate, potestate, jurisdictione, Conciliis Oecumenicis longe esse superiores? Cum ea non modo pleno jure convocarent, direxerint, confirmarent, ac ubi necesse fuit, transtulerint, irritarint, rescinderint; Verum etiam illis per se se, aut per Legatos suos praefuerint; definitiendi judicandique normam dederint; quæ essent de fide definita, pro potestate atque imperio quandoque prescripserint; judicandi facultatem certis, ubi vobis est limitibus circumscripterint; Canones summo omnium confensu editos abrogarint aliquando omniaque interdum Acta in iritum miserint. Quæ certe noanisi ab habente in Concilia Oecumenica supremam potestatem auctoritatemque tentari non possint: aut si forte per summum nefas tentata fuissent, eccliam terra Episcopi misericordent, ut illatas sibi vim, quo meliori possent modo repellent, & Canonicam libertatem tucentur.

VIII. Neque tamen dum Romanos Pontifices, suprema illa in Concilia Oecumenica potestate atque auctoritate uos ostendimus probamusque; Episcopos ipsos in Conciliis Oecumenicis sedentes, sua exitos volumus iudicari potestate; quati sunt illi meri Romani Pontificis Confutores, ac novitatem Judices cauſarum fidei & morum, quæ in iis Sacris Congressibus agitantur. Abit. Nec enim id ipsi Romani Pontifices velint, qui eam potius in Episcopis iudicari potestatem agnoverunt probaruntque. Gelasius II. in Epist. ad Gallos, de quadam Cauffa in Galliis indicata, Libenter acquisitus fratrum nostrorum iudicio, qui a Dao sunt Iudices in Ecclesia constituti. Gregorius Magnus lib. 9. Registri Epist. 49. monens Archiepiscopum Arelatensem, ut sua Provincia Episcopos advocet, ad simoniacam herefam extirpandam, ait: Ut melius ab omnibus careatur, quod auctore Deo, vestrum omnium fuerit constitutio damnam. Bonifacius II. approbat Episcoporum Synodos Araucanam & Valentianam, in quibus Semipelagianorum errores proscripti fuerant, Gaudentius, inquit, featernitatem vestram ita uno consensu definivit. Eamden agnovit probavitque iudicariam in Episcopis potestatem Concilium Arelatense; data ad Sylvestrum R. Pontificem Epistola; qua suum ipfi dolorem significabat, quod invitatus licet comitiis illis interessuisset, fuosque duntaxat Legatos misseret. Unum, inquietant, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisse. Profecto credimus, quia in eorū (Donatitæ) severior fuisset sententia prælati; Et per partem nobis iudicante, cetero nostra majori letitia exultasse. Quibus accinit D. Bernardus Epistola ad Innocentium II. data, Ministerii Episcoporum est, de Dogmatibus judicare. Quod ille ait de Concilio Senonensi, in quo Petri Abaelardi errores proscripti fuerant. Unde & Episcopos bene multos observauerunt, & veterum Conciliorum Oecumenicorum Actis subscriventes in hunc modum, Ego N. N. Episcopus judicanus subscrīpsi.... Ego N. N. Episcopus definitus subscrīpsi. Adeo sciens omni retro aetate judicandi definitiōne potestatem tenuerunt Episcopi.

Quid ergo, inquit, nihil ne discriminis esse volumus Pontificem inter & Episcopos, in fide deinde de fide moribusque iudicio? Multum sane. Sic enim Episcopos cauſarum fidei morumque judges esse volumus, ut tamen sint & ipsi Romano Pontifice inferiores; cui non modo competit Apostolici iudicij prærogativa & Asphalia, & Episcopalis cuiusque iudicij recognitio, approbatio, confirmatione, ac etiam si jus potuerit abrogatio. Ad eum sane modum quo Episcopos ita Ecclesiæ Rectores a Deo datos agnoscimus, iuxta illud Actorum 2. Attende vobis & universi gregi, in quo posuit vos Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei; ut tamen Romanum Pontificem Rectorem a Deo datum suscipias, ac veneremur.

XI. Caufsam ne prodere videat, non omiserim productis hastenus monumentis adjungere graves illas atque diferas loquendi formulas, quibus Graeci similes Latinis in Concilio Florentino, anno 1439. Graeci vero soli in Concilio Lugdunensi II. anno 1274. suam de Romanis Pontificis primatu sententiam ac fidem professi sunt. Quæ licet aperte distincteque Romani Pontificis super universam Ecclesiam, adeoque supra Concilium Oecumenicum auctoritatem potestatemque non solum; (quandoquidem adhibita distinctiuncula Ecclesiæ universæ collectivæ & distributivæ sumptæ declinatur & eluduntur) eamdem tamen ita inveniunt & insinuant; ut Cardinalis Carolus a Lotharingia, ceterique Presules Gallicani in Conci-

lio

lio Tridentino modis omnibus obtinerint, ne eas professionis formulas, in praefigendis R. Pontificis titulis sacra Synodus usurparet; ne Ecclesia Gallicana sententia, qua Romanos Pontifices Concilii subiecit, hac ipsa fidei formula, damnata atque proscripta videretur: Concilium Florentinum pro Oecumenico in Galilis non habuit responderunt: efi minus vere.

Sic igitur habet Concili Florentini Profeſſio. Definītus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Universum Orbem tenere primatum; & ipsius Pontificem Romanum Successorem esse D. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium totiusque Ecclesie caput, & omnium Christianorum Patrem, & doctorem existere; & ipsi in B. Petro regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse. Sic & Graci Praefules in Concilio Lugdunensi II. date Epistola profiterunt. Ipsa quoque Sancta Romana Ecclesia summum & plenum primum & principatum, super universam Ecclesiam Catholicam obtineat; quem se ab ipso Domino, in Beato Petro Apostolorum Principe, fratre veritate, cuius Renanus Pontifex est Successor, cum postfatis plenitudo recipiēt veraciter & humiliter recognoscit. Et scit p̄ ceteris renetur fidei veritatem defendere; sic & de fide si que suborta fuerint quæstiones, suo debet judicis definiti. Sane si sumum plenumque primum in universam Ecclesiam obtinet Roma Pontifex, ut eam gubernet, ac regat, uti amba Synodi profiterunt; num quæto consequens inde est, Ecclesia universa Superiorum esse Pontificem.

Tinat nunc sonetque si superis placet arguta distincio: Romanum Pontificem tenere primatum in Universum Orbem diffributio sumptum, non collective.... Romauam Ecclesiam primatum & Principatum obtinere super universam Ecclesiam Catholicam, diffributio sumptum, non collective: Nemo est qui si eas loquendi formulas semotis prejudicis penitari, miseriis distinſiunculam non irideat. Alias nihil necesse erat Gallis Praefulibus Romanum Pontificem Concilio subiectibus, totis viribus omni in Concilio Tridentino, ne ea loquendi formula in praefigendis R. Pontificis titulis usurparetur.

Occupavit hanc quidem distinciunculam Leo X. in Constitutione Pastor aeterni, paulo ante laudata, distincte disertaque pronuncians, Romanum Pontificem pro tempore existentem, auctoritatem habere super omnia Concilia; quæ certe Ecclesiam universam collective sumptum representant. At cum id obtem tantum & in transfursum, dum de Pragmatica Sanctione abolenda sermonem faceret, a Leone X. dictum sit, eaque duntaxat fit propositio incidenſ, non principalis; pro re ultimo judicata ac definita haberet non debet. Uti profecto fecit inde temporibus, post varia hinc inde disputata, in Concilio Tridentino, dum de praefigendis Romanis Pontificis titulis in sessione 23, ageretur, conſentiente Pio IV. quæ sit ad Michaelem Imperatorem: Ipsi sunt Canones, qui appellations totius Ecclesiae ad hujus Sedis examen voluerunt deferriri, ab ipsa nusquam profus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de re Ecclesia judicare, ipsam vero ad nullius commovere judicium. Concilium Quintilrenburgi anno 1085. in Saxonia celebratum, hanc ipsam juris regulam confirmavit, cuius in Actis legimus Tomo 10. Conciliorum pag. 404. Cuius omnes juxta suum ordinem confidissent, prola sum in medium decreta Sanctorum Patrum de principatu Sedis Apostolice; quod nulli unquam licet ejus judicium retrahere, & de ejus judicio judicare: quod de ratiō Synodi publica professio laudatum & confirmatum est.

Idcir-

Pastores, ac Doctores omnium Christianorum; nec fuisse ipsis traditam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem p̄scendi, regendi, & gubernandi Ecclesiam universalem; anathema sit. Sed efi in rem definitam non abiicit canon ille, quo Romanis Pontificis super Ecclesiam principatum sanciri putabant Gallia Praefules; certum tamen est, Tridentinorum Patrum eo de primatu sententia monumentum.

CAPUT III.

Romanorum Pontificum super Concilia Oecumenica eminentiam probat, quod a Pontificibus ad Concilia nulquam appellare licierit; a Conciliis tamen ad Pontifices omnino permisum sit.

I. **C**UM ab inferiori duntaxat ad superiorem interponi posse appellationem clament ure omnia; nulla melior faciliorque via probari potest, superiores esse Summos Pontificis Concilia Oecumenicas, quam si a Pontificibus ad Concilia appellare nulquam licuisse demonstretur; a Conciliis tamen ad Pontifices provocare, omnino fuisse permisum. Hinc itaque geminam probata haecce veritatis confirmationem elicemus, utramque prorsus ineluctabilem.

Ac de primo quidem praefatis disquisitionis Capite, nonnulla breviter delibavimus Cap. 6. superioris Dissertationis, dum Romanii Pontificis tribunal, supremum & ultimum in Ecclesia probaremus, supra quod nullum extat aliud, ad quod jure summo fieri possit provocatio. Ad praefatas tamen hoc idem nobis eti cumulatius demonſtrandum, ut hac etiam ratione Romanum Pontificem Concilio Oecumenico superiore, ut spopondimus, ostendamus.

Et quidem a Romano Pontifice ad nullum aliud sub celo tribunal appellari posse, tota retro antiquitate creditum est; ac tamquam immota Canonici juris regula, summo confundit sacerdotum. De quo Gelaetus Romanus Pontifex Epist. 17. ad Episcopos Dardanias. (Prima Sedes unam, quamque Synodus sua auctoritate confirmat, & congrua moderatione custodit pro suo principatu.... Non reticemus quod cuncta per munim novit Ecclesia: quoniam quorūlibet Episcoporum sententia ligata, Beati Petri Apoſtoli Sedes jus habeat resolvendi; utpote cum de omni Ecclesia jus habeat iudicandi, neque cuiquam licet de ejus judicio judicare. Si quis ad illam de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit apelare permisus.... Sed nec illud præterius, quod Apolitica Sedes frequenter, ut dicunt, more Majorum, etiam sine illa Synodo precedente, & absolvendo quos Synodus inique damnaverat; & damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem.) Cuius rei multa subiungit exempla.

Et Nicolaus I. Epist. 8. quæ est ad Michaelem Imperatorem: Ipsi sunt Canones, qui appellations totius Ecclesiae ad hujus Sedis examen voluerunt deferriri, ab ipsa nusquam profus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de re Ecclesia judicare, ipsam vero ad nullius commovere judicium. Concilium Quintilrenburgi anno 1085. in Saxonia celebratum, hanc ipsam juris regulam confirmavit, cuius in Actis legimus Tomo 10. Conciliorum pag. 404. Cuius omnes juxta suum ordinem confidissent, prola sum in medium decreta Sanctorum Patrum de principatu Sedis Apostolice; quod nulli unquam licet ejus judicium retrahere, & de ejus judicio judicare: quod de ratiō Synodi publica professio laudatum & confirmatum est.

Idcir-

DISPUTATIO ALTERA CAP. III.

41

Idcirco S. Yvo Carnotensis Episcopus, jucium que consutissimum, in eam Juris Ecclesiastici regulam intendens Epist. 183. alias 159. iis ipsis qui se sententia aliqua Pontificia gravatos existimant, consilium dat prudentissimum; ut non ad aliud tribunal appellent, quo a suscepito gravamine liberetur: sed ad eundem ipsum Pontificem recurvant, melius utique informandum, levamen, si fieri poterit, recepturi. Quoniam judicia Ecclesie Romana a nomine foris retrahari posse, eadem Ecclesia Romana docente didicimus: Si qui aliquando se pregravatos, illius Ecclesie auctoritate, concurvant, hoc eis consilium damus; ut non descendant in Aegyptum proper auxilium: sed ab illa ad ipsam confluant, & inde expectent levamen, unde conquerantur accepisse gravamen.

Hoc item consilium, eadem juris regula informatus init hoc ipso saeculo duodecimo D. Bernardus Epist. 113. & lib. 2. de Confederatione Cap. 2. Pontifices alloques: Quis nimirum facit iuriam de vobis? Exeat quidem tribunal Christi, (nempe superior Pontificio) sed absit ut ad illud appelleret. Itaque recurvo ad eum, cui datum est iudiciale universis; hoc est ad vos; vos appello ad vos: iudicate me & vos.

II. Hinc D. Augustinus, ea Ecclesia regula dirigente, Pelagianos a judicio duorum Romanorum Pontificum, Innocentii I. & Zozimi I., a quibus fuerant predamnati, ad Concilium Oecumenicum provocantes, tamquam lupos rabiosos, hereticos superbos, turbulentos & inquietos inficiunt est, toto Christiano Orbe pellendos, lib. 4. ad Bonifacium Cap. ultimo. Hanc gloriam Pelagianos captari intelliguntur; ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur. Orbum quippe Catholicum, quoniam Dominus eis resistente persecutore nequunt, saltu conmovere conantur. Cum postius vigilante & diligente Pastorali, post factum illius competens sufficiens iudicium, ((Innocentii nimicini & Zozimi) ubicumque isti lupi aperte parerint, conterendi sint, sive ut sanentur atque ministrantur, sive ut pro aliquo salute viventur.

Eodem imbutus animo Constantinus Imperator, Donatitas a Judicio Melchiadis Romani Pontificis appellantes indignissime ferens, exclamavit: O rabida furoris audacia! Sic in cauſis genitilium fieri solet, appellationem interponerunt. Quamquam fatendum est bona fide, fuisse istos hac in parte Pelagianis multo nequiores: quod non ad Concilium ut illi, sed ad Imperatorem provocarent, & quidem multis admodum vicibus. Unde & exclamavit Religiosissimus Princeps, provocatio Libellum excipiens: Quae vis malignitatis in eorum petitoribus perseverat? Quoties jam ad me improbisimis additionibus suis indigna response repressi sunt? Qui utique si hoc ante oculos habere volunt, minime hoc ipsum interpoſuerint. Meum iudicium poluant, qui ipse iudicium Christi excepto.... Quis igitur sentientia maligni bonimes officio diaboli? perquirunt secularia, relinquentes ecclesia.

Nihiloſcius si a judicio Melchiadis, non ad Conſtantinum ipsum, sed ad Concilium plenarium recta provocasset Donatitas; & hanc quoque provocacionem indigne culifer Religiosissimus Imperator. Cum Concilii plenarii iudicium minus necessarium exigitaret, ex quo causam illam Rome judicaverat Pontifex. Hæc enim illi de judicio Romæ jam late certa mens erat, hæc de judicio Conciliari Arelate ferendo certa sententia: illud scilicet sufficientissimum fuisse, iſtud vero profus inutile fore, & improborum duntaxat clamoribus extortum. Quandoquidem, ut testis est Auguſtini Epist. 164. appellavit Episcopos Papamque complectiſtū disputatio; dum quærimus, si ne Pontifice superiori Synodus, an inferior.

III. Jam vero quod ad alteram praesentis argumentationis partem attinet, fuſſe scilicet omnino permisum a Concilio ad Pontificem appellare, facilior est probationis; modo quid Concilii nomine in hacce controverſia veniat, attendatur. Monimus quippe Capite primo n. 2. Concilii nomine, (dum de praestantia Pontificis supra Concilium disputatur,) non intelligi Episcopos universos in cœtum vocatos, siveque Ro-

rum, non quia necesse erat, sed eorum importunitas clamoribus edens, & omni modo cupiens tantam inferuentiam cohibere.

Illi itaque certum indubitatumque, quod primo nos loco spopondimus probaturos; a judicio Romani Pontificis ad Concilium Oecumenicum provocare, fuſſe semper illicitum, sacrificare Canonibus fuſſe omni retro ætate prohibitum; antequam iure nostro, a Martino V. Pio II. Julio II. aliusque Pontificibus sub pena excommunicatiois latè sententia vetaretur. Atque ita non esse Romanos Pontifices Concilii Oecumenici auctoritate & potestate inferiores. Quia sane consecratio a S. Antonino Canonum perfractissimo illata est, 3. part. tit. 13. cap. 3. f. 3. ad Concilium generali a Papa appellari non potest: quia Papa omni Concilio superior est; nec rabus habet quidquid agitur, nisi auctoritate Romani Pontificis confirmetur. Sentire ergo quod ad Concilium a Papa appellari possit, est hereticum, & contra illum articulum, Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Quare memet stupor ingens incedit, dum legem non ita pridem, in Oratione quadam a Petri Aliaciensi habita coram Clemente Septimo, contra Joannem de Montefono, qui ad illius tribunal, a sententia Academia Paricensis appellaverat: In causa fidis a Summo Pontifice appellari potest ad Concilium, sicut patet 19. disq. Cap. Anastasius. Nihil enim hujusmodi eo in Capite seu Canone Anastasius legere licet, sed iſtud alterum longe diversum, ac mere historicum. Anastasius Secundus Romanus fuit temporibus Theodosii Regis. Eodem tempore multi Clerici & Presbyteri se a communione ipsis abegerunt, eo quod communicasset, sine Concilio Episcoporum, vel Presbyterorum, vel Cleri cumche Ecclesie Catholice, Diacono Thessalonicensi nomine Phatno, qui communicaverat Acacio: & quia vobis occulte revocare Acacium, & non potuit, nutu Divino percussus est: Quod ex Libro Pontificali spurious apocrypho milieque fabellis infarto sumptum est. In Glossa duntaxat Capitis hujus, ad verbum illud sine Concilio, nonnulli extat, quod ad cauſam nostram trahi posse videatur: nempe videtur ergo quod Papa tenetur requirere Concilium Episcoporum, ubi de fide agitur; & tunc Synodus major est Papa. Ex quibus fortasse postremis verbis infrebar Aliaciensis, in cauſis fidei a Summo Pontifice ad Concilium appellari posse, cum effet illud Pontificis maior. Verum præterquam quod generatim & universe Glossarum auctoritas nulla, aut certe minima est: hec tamen pra ceteris Glossa, prima sui parte fallacissima est; parte vero altera, cœſta & utilis, ut quid ex illa contra nos extundi potest. Quid enim fallum magis, quam reperi. Papam requirere Concilium Episcoporum, ubi de fide agitur? Equot enim in Ecclesia a Romanis Pontificibus damnata sunt Hæres, nullo requisito Episcoporum Concilio? Quid futilis, quam nobis occentare; Synodus final & Papam cum Synodo judicantem, majus aliquid esse Papam solo; quasi non id ipsum millies fatis simus? At non est hic nobis de Synodo eo sensu accepta, (ut scilicet Episcopos Papamque complectiſtū disputatio; dum quærimus, si ne Pontifice superiori Synodus, an inferior.

F. ma-

manum Pontificem, qui eis vel per se se, vel per Legatos suos praest: Sic enim querere, sitne Romanus Pontifex Concilio superior, idem profutus esset atque inquirere, sitne Pontifex se ipso quoque superior; cum eo sensu Concilium acceptum, Romanum quoque Pontificem complectatur. Sed Concili nomine runc tantum intelligi diximus Episcopos universos in curum vocatos, ipso tamen Pontificis qui eis praest minime computato. Uti dum dicimus huc vel illum Pontificem huic vel illi Concilio praefuisse, Sylvestrum putat praefuisse Niciana, Pari itaque sensu, dum contendimus modo fuisse omnino permisum, a Concilio ad Pontificem appellare, id unice intelligitur; licet semper fuisse ad Romanum Pontificem appellationem, a sententia Episcoporum, in Concilio quidem, non tamen assentiente & probante Pontifice judicantium. Quandem si fieret ad Pontificem appellatio a sententia Episcoporum in Concilio, assentiente probanteque Pontifice judicantium; ad eundem profecto appellatio fieret; a Pontifice scilicet, qui jam cum Episcopis judicasset, ad eundem secundum iurisdictione superiores esse.

IV. Ab exemplis ad rationem accedo, unicam illam quidem, sed profutus invictam, ac per se patentem. A tribunal fallibili, seu erroris obnoxio, ad tribunali infallibile nullique obnoxium errori, provocare licitum est imo maxime congruum. Cum enim eo maxime animo provocatio fiat, ut prioris judicii error emendetur, jusque quod putatur violatum & laetum, resarciri: a nullo melius tribunali & error emendari, & jus resarciri potest, quam quod fuerit infallibile. Porro superiori Dissertatione probatum est, Romanus Pontificis tribunal, saltem ubi de Dogmate agitur aliquo, errori nulli obnoxium esse: alias vero certo certius est, Concilium Oecumenicum, quale in hacce praesenti Controversia sumitur, (ut scilicet folios complectitur Episcopos, in curum vocatos, Pontifice praefide non computato) errori esse obnoxium, ut saepius vidimus: qui a se universam non representant Ecclesiam. Sola itaque attenta ratione Theologica, perfectum est, posse a Concilio sic accepto ad Romanum Pontificem appellari.

CAPUT IV.

Eadem proba eminentiam, quod Papa etiam graviter & cum scandalo delinquentes, a Concilio ordinarie ut ajure & regulariter, judicari non possit; solo excepto casu heresis manifesta, quia tunc Pontifex esse definetur.

I. Q uandoquidem jura clamant universa, naturalique lumine notissimum est, posse subditum delinquentem, ab eo qui potestate, auctoritate, iurisdictione superior illi fuerit, ordinarie judicari: tunc certe consequens erit, certoque constabit, non subesse Pontificem Concilio Oecumenico, ubi semel probatum fuerit, illum tametsi forte gravissime, & cum publico Ecclesiae scandalo delinquentem, (excepto tamen casu heresis manifesta, quo tunc definetur esse Pontifex) a Concilio etiam Oecumenico judicari ordinarie non posse; sed unius Dei, quo solo minor est, iudicio reservari.

Id porro probare luculentter arque invicta, non est admodum operofum; cum in publicas Ecclesias Leges, decretaque transierit. Canone S^t Papa dist. 40. Cunctis indicatus ipso a nemine est judicandus, nisi reprehendatur a fide devius. Quod ex Bonifacio Moguntino Episcopo & Martyre sumptum est.

Oclavum Concilium Oecumenicum, seu Constantinopolitanum quartum, sub Adriano II. Actione 10. Si Synodus universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de Sancta Romanarum Ecclesia querens ambiguas & controversias; opera-

tet

et venerabiliter, & convenienti reverentia, de proposita questione sciencitari, & solutionem accipere, aut proficere, & profutum facere; non tamen audacter sententiam dicere, contra summos senioris Romane Pontifices.

Concilium Romanum sub eodem Hadriano II. Cap. 3. contra Photium: Romanum Pontificem de omnibus Ecclesiis Presulibus judicasse legitimus; de eo vero quemquam judicasse non legitimus: Littera enim Honorii ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum; scendum tamen est quia super heresi fuerat accusatus, propter quam factum lictum est minoribus, Majorum suorum moribus resistendi, vel pravas sensus respondendi. Quamvis nec ibi, nec Patriarcharum, nec ceterorum Antiphonum cuiusdam, de eo fas fuerit proferendi sententiam, nisi ejusdem prima Sedit Pontificis consensus precessisse autoritas.

Concilium Lateranense sub Alexandro III. ut habetur in Cap. Littera extra. de Electione, rationem assignans, cur summa cautela eligi debet Romanus Pontifex, hanc maxime nota, quia si de linquatur ille, non poterit ad Superiorum habores recusus: nempe ut iudicetur & puniatur.

Innocentius III. Sermon 2. de Consecratione Summi Pontificis: In tantum fides mibi necessaria est, ut cum de ceteris peccatis Deum solum judicemus, baebam, propter solum peccatum quod in fide committitur, possem ab Ecclesia judicari.

Bonifacius VIII. in Extravaganti Unam Sanctam, Titulo de majoritate & obedientia: Si deviat terrena potest, judicabitur a potestate spirituali: si deviat spiritualis minor, a Majori: si vero supremo, a Deo solo, non ab homine potest iudicari.

Quibus omnibus præponendum est Canon Nemo q. quæst. 3. qui Romanæ Synodi Episcoporum ducentorum & octoginta, sub Sylvestro celebrata Decretum fuisse dicitur; si de ejus veritate constaret: Non judicis primam Sedit; quoniam omnes Sedes a prima Sede iustitiam desiderant temperari: Neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque a Regibus, neque a populo iudex judicabatur. Sed spuria Canonie non est opus, ad statuam veritatis confirmationem.

II. Iis Canonica Doctrina principiis imbuti Episcopi, Roma in Synodo Palmari vulgo dicta, a Theodorico Rege congregati anno 500. ut causam Symmachi Romani Pontificis, de violata castitate a Schismatis confitentes cognoscerent; eundem in iudicium vocare noluerunt, nisi Synodi Congregationi præberet affsum, seque ipse illorum iudiciorum subiiceret volens, ac etiam rogans. Memorati Pontifices suggesterunt, ipsum qui dicebatur impetus, debuisse Synodus convocare: Scientes quia ejus Sedis, primum Petri Apostoli meritum seu principatus, deinde Conciliorum veteriorum auctoritas, ei singularem in Ecclesia tradidit potestatem: nec antedicta Sedis Antiphonitis minorum subiacebant iudicio. Ac tum potesta Sacra Palmaris Synodus liberum & immunem ab illatis criminibus Symmachum pronunciavit, quantum ad homines respicit, sed totam causam Dei iudicia reservavit. Ut Acta testantur.

Negue vero reponi potest, Synodi Palmari Episcopos Symmachi Romani Pontificis causam cognoscere detrectasse, nisi se ipse illorum iudicio sponte permisisset, quia Synodus Oecumenica non erat, cui foli Romanus Pontifex subiendus esset; de cetero causam illum summo iure fuisse iudicato, si Synodus Oecumenica fuisse. Id inquam reponi non potest: quia quia illos Episcopos ratio movit, ut causam illum cognoscere nolent, ea profecto erat, quæ perinde Synodus Oecumenicam movisset, etiam omnia maximam.

Serry Tom. V.

Quanam illa? Ea certe quam Synodi Palmari nomine dedit Ennodius, in Apologetico Collegarum suorum nomine adornato: Quia aliorum hominum causa Deus voluit per homines terminari; Sedis autem Romanae Presulem sed sine questione servarvis arbitrio Volutus Beatri Petri Successores Calo tantum debere innocentiam suam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Ea rufus ratio, quam S. Avitus Vienensis Episcopus, in Epistola ad Senatores Urbis Roma, suo & Gallorum omnium Antiphonum nomine data insinuavit; dum de Synodo Palmari; & iudicio in ea lato in causa Symmachi, expostulavit Ecclesia Gallicana. Sicut subditos nos esse terrenis potestibus iudicemus Arbitri Cœli, statu nos ante Reges & Principes in quacunque accusatione predicemus; ita non facile datur intelligi, qua vel ratione vel lege ab inferioribus Superiori iudicetur. In Sacerdotibus ceteris, potest si quid fortem utaveris reformari: at si Papa Urbis vocatur in dubium, Episcopatus jam videbitur, non Episcopus vacillare . . . ! Reddet rationem, qui Ovili Dominicano praefit, qua commissam sibi agnorum curam administratione dispensem: Ceterum non est gregis pastorem terrere, sed iudicis. Quæ profecta rationes, tum ab Ennodio Ticinensi, tum ab Avito Vienensi productæ, tam Synodus Oecumenicam, quam alteram qualemcumque urgere debent: cum ne ipsa quidem Synodus Oecumenica eam causam judicare posset, quam suo Deus reservavit arbitrio.

III. Iisdem Canonica doctrina principiis etiam imbuti Italæ & Galliarum Episcopi, a Carolo Magno Roma, non incuteo seculo congregati, ut Leonis III. Romani Pontificis, variis facinororum hominum criminationibus impetrati causam cognoverent; jubenti Carolo Magno patere renuerunt, nisi venia prius ab ipso etenim Leone impetrata, qua se illorum examini iudicioque permitteret volens ac labens. Clamaveruntque propriea omnes, Anastasio teste in vita Leonis: Nos Sedes Apostolicam, que est Caput omnium Dei Ecclesiæ, iudicare non audemus. Nam ab ipso non omnes, & Vicario suo iudicamus: ipsa autem a nemine iudicatur; quemadmodum antiquis mos fuit: sed sicut ipsorum Summus Pontifex consuevit, jubes, & canonice obediemus.

Nec est quod importunus cavillator id quoque reputat, quod occasione Palmari Synodi paulo ante repoluere nonnulli: id circa scilicet Romanæ Synodi Presulem Leonis causa iudicium averratos esse, nisi se ipse illorum examini iudicioque permetteret; quod Synodus Oecumenica non effet, quia sola per se iudicet habeat de Romano Pontifice iudicandi. Nec enim hanc Praefules illi, aversi animi sui rationem obtenderunt: Sed quod Apostolica Sedes Ecclesiæ omnium Caput est, que a nemine pro more veteri debet iudicari. Quæ sane ratio in Synodorum etiam Oecumenicarum Episcopos cadit. Si enim a nemine, ita nec ab illis iudicandus est Pontifex. Quapropter ubi Leo III. in Episcoporum illorum ceterorumque Principum confessum ingressus, pargationem sui fecit, ita se sponte sua facere dixit nullis Legibus obtrictum, ut famæ suæ consuleret, totumque Confessum a finistris suspcionibus liberaret; de cetero a nemine iudicari se posse profutus est. Magni & excelsi animi verba subiunctio, a Baronio relata in Annalibus ad annum 800. (Nota res est, fratres charifissimi, malos ad verius me homines infrexerint, neque meam, que vitam gravissimis criminibus infamasse. Cuius rei cogovenda gratia Clementissimus hic & Serenissimus Rex Carolus, una cum Sa- cerdotibus ac Principibus suis in hanc Urbem

F 2

se contulit. Quamobrem ego Leo Pontifex Sancia Romana Ecclesia, a nemine iudicatus neque coactus, sed mea voluntate impulsus pergo. me præsentibus vobis, coram Deo & Angelis ejus, qui conscientiam novit, & Beato Petro Principe Apostolorum, in cuius conpe-
titione confitimus: Me neque sceleratas res, quas mihi obiiciunt perpertrae, neque perpetrari iufi-
cere possunt; Deum testans, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu confitimus. Et hoc facio, non legibus ullis obstrictus; neque hanc confutundinem, aut Decretum in Sancta Ecclesia Successoribus meis, & fratribus Co-
piscopis imponere cupiens; sed ut certius ini-
quus quis usus suspicionibus liberem.) Ita Leo III. honoris dignitatisque sua retinetissimus.

IV. Binis illis Romanorum Pontificum exemplis, in quos sacre Syodi iudicium exercere decretarunt, addi posset, immo & premitti debuit. exemplum Marcellini Romani Pontificis, in idollatram prolapsum: in quem Sinuesanam Sym-
nodum iudicium exercere noluisse, nonnulli refu-
runt, sed in has voces prorupisse, Tu ore iudica caussam tuam, non nostro iudicio: Et iterum, noli audiri iudicio nostro, sed collige in sinu tuo caussam tuam: Et iterum, Prima Sedes non iudicatur a quaquam. Verum fallis & commentisti Historie Ecclesiastice monumentum inniti nolim, in vindicando Sedis Apostolice iuribus: tamque commen-
tariam habeo Sinuesanam Synodum, quam fabu-
loum Marcellini Romani Pontificis lapsum in Diocletiana persecutione. De quibus nonnulla jam dixi in priori Dissertatione Cap. IX.

Stat ergo, eo quoque rejeceo præfatio, firmum & inconcussum Romani Pontificis privilegium, ut etiam forte deliquerit, a Concilio Oecumenico, igitur sibi subditu, iudicari ordinario non possit; sed unius Dei, quo solo minor est, iudicio relinquitur. De quo plura dabuntur in Appendixe.

Ceterum dixi sapientius & inculcavi, ordinario & regulariter iudicari ab Ecclesia non posse Pontificem, eti forte gravissime deliquerit; quod est observatione dignissimum. Quia si forte fortuna continget, Pontificem propter horrenda vita scandala, aut turpem in Ecclesia regenda foscordiam, aut etiam propter amentiam & furiam, (qua mala Deus & avertit hastenus, & semper avertet) ab Ecclesia seu a Concilio Oecumenico iudicari, ac etiam a Sede Pontificia deici; perperam tamen inde colligerent Adversarii nostri, Concilium simpliciter & absolute Romano Pontifice superius esse, auctoritate & potestate. Quia potest quis alteri per accidens subjici, ratione de-
lieti, aut aliquius defectus Canonici, qui simpliciter & absolute minime subjicitur, immo qui superius omnino sit. Cujus exemplum ipsimet nobis exhibent, urgentque frequenter. Childeicus enim, ut narrant, hujus nominis tertius, Galliarum Rex ex Merovingiorum stirpe postremus, obmeram in regendo Regno foscordiam, animique infirmitatem, ab ipsis Regni Ordinibus Suestione congregatis, non Zacharia Pontifice, depositus est, deconfusque in Bertinianum Monasterium detrusus: ejusque loco Pipinus Galliarum Rex solenniter est acclamatus. Unde & cepit secunda Regum Francorum Dynastia, qua Carolingorum fuit. Quamquam Galliarum Reges, ut supremos Monarchs, toti Regno suo, omnibus Regni Ordinibus superiores agnoscant Adversarii nostri; illosque in temporalibus solo Deo minoribus afflant. Quid itaque tam diverse tam variae, in Romanorum Pontificum casibus argumen-
tantur; ut illos Concilii Oecumenici per se se & absolute subditos probent, ob id maxime quod

certis in casibus possint, ut ipsi quidem autemant a Concilio Oecumenico, seu ab Ecclesia iudicari? *Ponduis & pondus, mensura & mensura, iurum que abominabile est apud Deum. Proverb. 20.*

V. At ecce quares ex me, si sic est ut hac-
nus demonstravi, si inquam Concilio Oecumenico potestate, auctoritate, iurisdictione superior est Pontifex; qui fieri potest, ut si forte in apartam labitur heresim, a Concilio Oecumenico iudicetur, cum nullo in casu possit superior a subdito

judicari?

Fuit non ita pridem, qui Quæsto responderit Theologus subtilissimus, in hunc ferme modum: (quia, inquit, si forte Pontifex in heresim labitur, non labitur uti Pontifex, sententiam sci-
lacet ex Cathedra five e sacro Tribunali pro-
nuncians, sed uti privatus est Doctor. Ex quo
proinde confequens est, Concilium, a quo eo
in casu iudicari potest, ac etiam deponi, in
illum auctoritatem exercere, eoque superius ef-
fe, ut privatus est Doctor, non ut est Ponti-
fex. Ad eum ferme modum, quo Pontifex fa-
cram exomologesim faciens, & absolutionem
Sacramentalem a privato Sacerdote suscipiens,
ei profecto subjicitur ut est homo, quia pec-
cavit ut homo; quamquam sit illi multis titu-
lis superior, ut est Pontifex.) Verum hanc
ego ratione, cum bona subtilissimi Theologi-
venia, probare omnino non possum. Falsum quippe
est quod supponit, ideo ab Ecclesia iudicari
posse Pontificem, in heresim lapsum, quia in
eam non nisi ut privatus Doctor, & homo lapsus
est. Sic enim confequens effet, posse quoque Pon-
tificem, salva sua super omnem Ecclesiam emi-
nitatem, atque praestantia dignitatem, pro quocumque
gravi delicto, ab Ecclesia in foro externo,
ac lata sententia iudicari: cum suum qualemque
delictum committat semper ut homo; & pro
qualcumque delicto, sacram apud privatum Sa-
cerdotem exomologesim faciat; salva perinde Pon-
tificis eminentia atque praestantia dignitatem.

Quapropter aliam ego quasit solutionem de-
derim. Quia inquam Pontifex in apertam heresim
incident, ex hoc ipso definit esse Pontifex.
cum hoc ipso definit esse membrum Ecclesie.
Quomodo enim illius adhuc Corporis Caput ef-
fet, cuius definit esse membrum? Atque ita eo in
casu sua ipsius heresi a Pontificatu deponitur:
evidem hæresim profondo renunciatur sententia.
Quare in rigore loquendo non eum tunc deponit
Ecclesia, seu Concilium Oecumenicum; sed il-
lum sua ipsius heresi depositum esse declarat. Nec
est illi eo in casu neganda a fidelibus obedientia,
donec talen illum esse, Ecclesia publice, ac sole-
mitter pronunciaverit.

Alteram ejusdem quasit solutionem addicerim.
Quia scilicet ex generali lege, qui per se se, &
absolute alienæ iurisdictioni atque auctoritati non
sufficit, eidem tamen suffesse quandoque potest,
ratione delicti: quod sexcentis exemplis fit ma-
nifestum. Nihil itaque vetat, Pontificem per se
se quidem & absolute Concilii Oecumenici su-
periorum; ratione tamen heresim, qua in Eccle-
sia Capite, omniumque fidelium Pastore Docto-
re atque Magistro delictum est omnium maximum
) Concilio Oecumenico subi ad iudicium sub-
eundum. Ut & tunc locum habeat Innocentii III.
R. P. laudatum sapientius effatum: In sanctum fides
mibi necessaria est, ut cum de ceteris peccatis Deum
solum iudicem habeam, proper solum peccatum,
quod in fide committitur, possem ab Ecclesia iudi-
cari.

DISSERTATIO ALTERA CAP. V.

C A P U T V.

*Adversa Sententia momenta diluduntur, ac illa
primum que a ratione petuntur.*

I. **Q**ui Romanum Pontificem Concilii Oecu-
menici auctoritati subjicunt, eo maxi-
me momento nituntur, quod Concilii Oecumeni-
ci auctoritas Divina sit, seu cum Dei ipsis au-
toritate conjuncta: adeo ut una cum Concilio,
Deus ipse, Spiritus Sanctus definire, iudicare, de-
cernere censetur. Omne quippe Concilium Oe-
cumenicum, inquit illi, aliquod fidei Caput
solemniter definiens, perinde ac Concilium ab
Apostolis Ierofolymis habitum, dicere merito po-
test, quod illi dixerit, *vixum est Spiritus Sancto & nobis, Act. 15.* Ex quo confequens esse vo-
lunt, debere necessario Summum Pontificem, idem
cum Concilio definitio & iudicante sentire, ne
& ipse a Spiritui Sancto diffideat. Atque ita ult-
imo tandem colligunt, veluti confeclarium sponte
fluens, Romanum Pontificem Concilio Oe-
cumenico necessario subesse.

Miror ego tam multos eo deludi momento ac
decipi, quod ne ipsum quidem, quia nobis in ma-
nibus est, difficultatem attingit. Monimus enim
sapientem, Concilium Oecumenicum, de quo
queritur in presenti, subfite Romano Pontifici,
an vero praestet, non illud esse, quod Episcopos
simil in ceterum vocatos complectitur, & qui il-
lis praestet, Romanum Pontificem; sed quod solos
dicit Episcopos, non intellecto Pontifice. Porro
Concilium, cuius Divina auctoritas dicitur esse,
cum quo scilicet iudicat definitus Spiritus Sanctus;
adeo ut qui in eo Episcopi de fide pronun-
ciant, dicere merito possint, *vixum est Spiritui Sancto & nobis;* non illud profecto est, quod so-
los dicit Episcopos, non computato Pontifice; sed illud quod & Episcopos, & Pontificem ex
æquo complectitur. Certe dum Patres Concilii Chalcedonensis e. g. Canone viigintimum octauum, Legatis Pontificis repugnantibus, ediderunt; quem idcirco Leo I. subinde rescidit, & in irri-
tum misit, (ut alia mittant exempla superioris
memorata) nec dixerit, nec dicere porture, *vixum est Spiritui Sancto & nobis.* Ab instituto igitur
nostro longe abit argumentum illud decantissimum, quo solo sibi videntur adversæ sententia-
vindices celi convexa terigisse.

II. Age tamen concedamus servidis Disputato-
ribus, quod ex suo illo principio perperam intel-
lecto confequens esse volunt. Demus, inquam,
ex Divina Concilii Oecumenici auctoritate, affla-
tuque Spiritus Sancti Concilium dirigentis, con-
sequens esse, Romanum Pontificem idem semper
cum Concilio sentire debere, ne & ipse a Spiritui
Sancto dissentiat: Negamus tamen quod inde
ultimo colligunt, putantque esse confeclarium
Pontificem propter subfite Concilio. Quia quod
Pontifex cum Concilio a Spiritu Sancto directo
sentire debet, non habet propter sui erga Con-
cilium subjectiorem; sed propter iudicium a Con-
cilio lati æquitatem & rectitudinem. Ut plane
vir sapiens, veri recte amans, idem cum viro
doctissimo, sententiam suam invicte pro-
bante ac demonstrante sentire debet, non propter
auctoritatem potestetque, quam in eum vir do-
ctus & eruditus exerceat; sed propter veritatem
sententia invicte probata ac demonstrata. Uno
verbo, ut cum viro doctissimo sentiat vir recti
verique amans, non imperio ducitur trahiturque,
sed evidentiæ veritatis.

Certe in confessu est apud omnes, Concilium Oecumenicum subfite, quoad fidei Capita de-

finita, idem omnino sentire debere cum Concilio Oecumenico precedenti: Ex. gr. Concilium Con-
stantinopolitanum, aut si mavis Ephesinum, idem
de Divini Verbi consubstantialitate, cum Concilio Niceno I. in quo fuerat definita, sentire debuisse; nec potuisse aliter definire ac pronunciare,
quam quod fuerat Nicæz a Patribus definitum ac
pronunciatum. Quamquam tamen Concilium Oe-
cumenicum subfite Concilio Oecumenico pre-
cedenti minime subfit; eidemque auctoritate pot-
estate iurisdictione inferius nullo modo fit. Ita pa-
riter Romanus Pontifex cum Concilio, cui idem
ac Spiritui Sancto vixum est, sentire omnino debet,
non propter sui ad Concilium ipsum subfite
ationem, sed propter iudicium, Spiritu Sancto af-
flante lati, æquitatem & rectitudinem. Aut si ma-
vis, sentire cum Concilio Oecumenico debet Pon-
tifex, non quia Concilio subjicatur, sed quia sub-
iectus Spiritui Sancto.

III. Eadem plane via solutum habet momen-
tum alterum a ratione petunt, quo perinde in-
cautis illudunt adversæ sententie vindicantes, dum
ajunt: *Ratione naturali nostrum est, totum sua par-
te magis esse: Concilium Oecumenicum totum quad-
dam morale ac mysticum est, cuius Pontifex pars
est, tametsi precipua: igitur Concilium Oecumeni-
cum Romano Pontifice magis est; adeoque est illi
potestate atque auctoritate superioris. Juxta vulga-
re proloquium, Orbis major est Urbe. Ludus hic est
nugacissimum. Quamquam enim Concilium quo de-
agimus in praesenti, totum morale ac mysticum
re ipsa sit, cuius est pars precipua Romanus Pon-
tifex; de eo tamen toto disputamus, ut est a par-
te illa precipua sejunctum atque distinctum; uti
dum dicimus, ex. gr. Concilium Chalcedonense,
totum illud politicum Sacrum & Ecclesiasticum,
suffit a Leone I. coactum; totum quidem dicimus,
cuius pars precipua fuit Leo ipse Romanus
Pontifex; illam tamen precipua partem non in-
telligimus suffit a Leone coactam; cum ille se
ipsum in Concilium non coegerit. Quod autem in
argumento subiungunt, Romanum Pontificem, ut
pote Concilii Oecumenici partem, inferiore illi
esse debere, auctoritate & potestate, id inquam
nihil pendo. Si quidem præterquam quod non est
Pontifex Concili pars, quo sensu nunc de Con-
cilio loquimur; adhuc tamen quandcumque Pon-
tifice Concili pars reputatur ac dicitur, non qua-
lificumque pars est, sed pars dominatrix, moder-
atrix, & reductrix, cuiusmodi certe pars non est to-
tum suo, cui dominatur, inferior, sed superior. Ad
eum sane modum, quo Galliarum Rex, qui Gal-
lici Regni, ut est totum aliquod politicum & ci-
vile, pars computatur & dicitur, non est Regio
suo inferior, sed superior, quia pars illius est,
cum summo imperio dominatrix: nec est Gallia
regnum Rege suo quid magis, auctoritate & po-
testate, sed minus. Quod ergo jactatur vulga-
re proverbiu, Orbis major est Urbe quangum de ex-
tentione locali, non de pondere auctoritatis expo-
natur a multis; adhuc tamen nihil officit, esti-
utroque modo intelligatur. Id quippe significat
unice Ecclesiæ totam (qua tamen fine Pon-
tifice tota non est) Pontifice solo esse maiorem, ac
potentiorum: quod millies fassum fumus: quam-
quam sit illa sane Pontifice minor auctoritate, ac
potest.*

IV. Alia nos ratione urgent Pontificia digni-
tatis & auctoritatis oportet. Concilium Oecumeni-
cum, inquit illi, universam representat Eccle-
siam, etiæ ipsam Ecclesiæ in suis principiis
partibus congregata: Ecclesia autem universa est
corpus aliquod mysticum, cuius unusquisque fide-
lis membrum est: Est etiam mater spiritualis,
cuius unusquisque fidelis filius est, ratione sus-
cipit

pti baptismatis : filius autem inferior est mater sua, & membrum omne, tametsi præcipuum, minus est & inferior toto suo . Itaque Romanus Pontifex, aut non est Ecclesiæ membrum & filius, (quod nemo dixerit) aut Ecclesiæ universalis minor est atque inferior ; atque adeo Concilio Oecumenico, quo ipse Ecclesiæ universalis est.

Quibus reponere satis sit, Ecclesiæ universalem bisariam accipi posse : Primo ut est mysticum aliquod corpus, interno Dei spiritu directum & alium, sub uno spiritali & invisibili Capite Christo JESU, iuxta illud Apololi : *vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Quia quidem ratione considerata Ecclesiæ, Summus Pontifex ea minor est, ut filius matre, & membrum integrum corpore. Secundo considerari potest, quantum externe & visibiliter regitur, pascitur, nutritur Dei verbo, & Sacramentorum administratione, sub visibili etiam Capite. Sicque comparatur Ecclesiæ sacraria in Litteris gregi, familia, exercitu : eoque pacto est illi Romanus Pontifex & Pastor, & Pater, & Caput, & Dux. Adeoque illi praest, minimeque subiicitur : Uti nec caput reliquo corpori, nec pater familiæ, nec Pastor gregi, nec Dux exercitu subiiciuntur. Declarat id Pius II. Romanus Pontifex in Bulla retractationis, data anno 1463, ubi de Summo Pontifice sic habet : *Etsi Ecclesiæ filius si proper regenerationem, propter dignitatem tamen pater habebatur. Et sicut filiationis causa debet ipse Ecclesiæ generari tamquam matrem ; ita & prelationis causa preferitur ei, ut Pastor gregi, Princeps populo, Rector familie.*

V. Postrema nos ratiocinatione convenienti Adversarii, ut tutiorem securioreremque, in hujuscem controverbia tractatione, partem amplecti se, nobis ostendant . Sit, inquit illi, si superius placet, Romanus Pontifex in serendo de fide moribusque judicio falli & fallere nescius ; non est id tamen dogma fidei, sed probabilior ut ut maxime Theologorum aliquorum & Jurisperitorum opinio : Concilium autem Oecumenicum ea in re profusa est infallibile, fidei caput est, de quo dubitare sit nefas. Igitur Concilii auctoritas & potestas, Pontificis auctoritati anteponenda est, tamquam certior & securior, imo uti prorsus indubitate.

Argute quidem atque subtiliter ! At unde habent viri boni, Concilium Oecumenicum, de quo nunc controvertitur, sit ne Romano Pontifici superius, an inferior, esse profusa infallibile ? Unde habent esse illud fidei Caput, de quo dubitare sit nefas ? Imo hoc ipsum perfracte negamus, Concilium ut solos dicit Episcopos in cœcum vocatores, Pontifice minime computato, in fide falli non posse : Frequentique experientia comprobatum fuit, & errare posse, & errare re ipsa. Unde etiam habent illi, infallibilitatem in fide quidquam valere atque conferre ad eminentiam atque præstantiam auctoritatis & potestatis : quasi vero non possit etiam ille qui in fide infallibilis est, alterius auctoritati potestatibus, qui in fide infallibilis fuerit ? Quam si id fallum, quam abfonsum, patet exemplo disertissimo Divi Joannis Evangelista : Qui tametsi ex speciali privilegio, universis Apostolis conceperit, in illapsum Spiritus Sancti, infallibilis esset in fide, Lino tamen, & Clero, Divi Petri in Ecclesiæ principatu Successoribus, quorum etiam temporibus supervixit, subiectebatur & subdebat, in universalis Ecclesiæ regime : quamquam etiam illi, ut dicitur Adversarii, infallibilitatis privilegio destituti. Imo usque adeo tunc supernaturaliter infallibilis erat dilectus Apostolus, ut Libros etiam Canonicos

scriberet ; (Apocalypsim nimurum & Evangelium,) quos nec Linus ipse, nec Cletus, quisbus ille in universalis Ecclesiæ regimine suberat, scribere potuerint. Esto ergo fidei dogma est, Concilium Oecumenicum, quo nunc sensu accipitur, infallibile omnino esse ; nihil tamen obseruat, quominus Romano Pontifici subesse posset, auctoritate ac potestate.

VI. Quidam quoque dicamus, ad pleniorum momentorum illorum, a ratione petitorum solutorum : In Concilio celebratione duo maxime spectari posse : rem ipsam in primis, seu questionem, pro qua tractanda, judicanda, ac definienda Concilium celebratur ; tum externam directionem, regim, moderam, ac ductum Concilii celebrandi. Esto vero non habetur Pontifex supra Concilium auctoritatem potestatemque, quantum ad ipsas spectat fidei veritates judicandas ac definendas ; nec eas ipse posset, contra totius Sacri Concessus mentem atque sententiam, pro nutu atque arbitrio judicare ac definire, (qua de re judicium ferre nolim :) adhuc tamen auctoritatem, potestatemque moderatricem, atque redirem habet supra Concilium Oecumenicum, ut omnes in officio continerent, cunctaque recte ac secundum Canones fieri provideret. Quod sat superque foret, ut Concilio Oecumenico, potestate atque auctoritate superior dici posset.

C A P U T VI.

Nonnullorum Conciliorum expenduntur exempla, que vel in ipsis Romanos Pontifices judicium exercuisse, vel illorum judicia recognovisse, ac retrahisse dicuntur.

I. Cum alia meliori via evinci non posse, Romanos Pontifices Synodus Oecumenica subesse ac subiacere, quam si Synodos ipsas in Romanos Pontifices judicium exercuisse, aut eorum in hereticos lata judicia recognovisse, atque ad trutinam revocasse, demonstraretur ; in id studium omne convertunt Pontificia auctoritatis impugnatores, ut producunt exemplis palam faciant, Synodos Oecumenicas utrumque data occasione præstitisse. Ait ubi ad rem ventum est, probatio deficiunt, Nec enim illum judicii, aut de Romanis Pontificibus lati, aut supra Romanos Pontifices pronuntiati exemplum proferunt, cujus futiles non sit a nobis ante demonstrata.

Et vero jactant illi primum, & ad ravum usque recantant, Honori Romani Pontificis damnationem, in sexta Synodo Oecumenica post illius obitum latam : in cuius Actionibus Honorus Romanus Sedis Episcopus ceteris Monothelitis interitus est, parique cum illis anathemate iterum. Actione quidem 13. Cum his (Cyro scilicet, Pyrrho, Petro, Paulo, Theodoro) simul anathematizari prævidimus & Honorium, qui fuerit Papa antiqua Roma, eo quod inveniens, per scripta que ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem fecutus est, & impia dogmata confirmaravit. Et Actione 16. Theodoro Pharanitano heretico anathema, Honorio Heretico anathema. Ac tandem Actione 18. Demon plenitudini Ecclesiæ erroris scandala suscitavit per Theodorum Episcopum Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Regis Urbis antisipes, insuper & Honorium, qui fuit Papa antiqua Roma. Et post Patrum subscriptiones, iterum clamoratum legimus, Sergio & Honorio anathema. Quod idem in septima Synodo Oecumenica confirmatum ajunt act. 3. & 7. ac etiam in Ostia ait. itidem 7.

Verum quam parum ista nos urgeant, nemo non videt ; imo quam belle, quæ de Romanis

Pon-

D I S S E R T A T I O A L T E R A C A P . VI.

47

Pontificibus diximus, ita conseruent, facile comprehendere, qui praefatis Dissertationis Capitum quartum vel obiter legent. Ubi Romanum Pontificem ita Concilii oecumenici eminere docimus, ut ab illis, quamquam graviter deliquerit, judicari non posset, excepto tamen causa heresis manifesta, quam ille forte profulus esset, uti doctor privatus, & extra tribunal Pontificium. Honorus enim, qui una cum reliquis Monothelitis, a tribus Conciliis oecumenicis post obitum judicatus est, diroque petitus anathemate, de violata fide fuerat accusatus, ac etiam ex illius Epistolarum lectione convictus. Nihil ergo nos moverat jactationes a Pontificis dignitatis osoribus lata in illum sententia anathematis. Imo quæ de summo Pontifice generatim diximus, mire conseruant. Quia vero fieri forte posset, ut qui auctoritate & potestate Concilii oecumenici præstat, ab illis tamen in causa heresis judicetur atque damnetur, late satis ad ejusdem Capitis caelestem ostendimus.

II. Producunt subinde Pontificia dignitatis deffressores quintæ Synodi Oecumenica sententiam de tribus Capitulis latam ; scripto scilicet Theodori Mopsuesteni, scripto Theodorei Episcopi Cyri contra S. Cyrrillum, & Epistola Iba ad Marium Persam : quia ut plena erroris atque blasphemie, post accuratum examen, instante Justiniano Imperatore, damnavit atque proscripti. Eoque judicio damnatum ait Vigilium Romanum Pontificem, qui haec ipsa Capitula, tamquam erroris pura & integra diu ante defederat.

Sed ajant hoc illi tantum, non probant, imo liquet esse falsissimum. Judicium duntaxat suum de tribus Capitulis aliquandiu suspenderat Vigilium, sibiique a serenda de iis sententia temperaverat : tum quod ea in Concilio Chalcedonensi ledet fuisse novisserit, minime tamen reprobata : tum quod illorum Capitulorum genuinum & intimum sensum nondum esset affectus, facti quodam errore laborans : tum quod illorum Auctores vita functos accepisset, quorum idcirco manus inquietare minime congruerat : numquam tamen re ipsa latuote judicio probaverat, que subinde re melius inspecta expresse damnavit. Quare quintæ Synodi sententia, qua tria Capitula damnata sunt, ictum fuisse Vigilium, nonnisi per summam calumniam dici potest. Recole que diximus Dissertation. 1. Cap. 10.

III. Alterum minus moror, quod pari fiducia jactant, nobisque interdum occidenti, Concilii Pisani judicium anno 1409. contra Gregorium XII. & Benedictum XIII. pronunciatum : quo, ad spondendum faciale schismatis Ecclesiæ universam misere dilacerans, & Sede quam occupaverant Apostolica, Synodal sententia dejecti sunt. Nihil enim ad nos, præsentemque controveriam nostram, qualecumque judicium illud Pisani latum, (antequam a Julio II. solvereatur, & ad Lateranum transferretur) que Schismatis portio auctum est, quam spondit. Cum enim dubii essent Pontifices illi, suam in eos auctoritatem exercere potuit Concilium Pisani, antequam solvereatur. Nos vero Pontifices duntaxat certos atque indubitos, Concilii oecumenici potestate atque auctoritate præstare contendimus. Atque haec de jure primi generis.

IV. Videndum amodo, num alia certius fœcum attingant judiciorum exempla nobis objici solita ; quibus evincere satagent Adversarii, Concilia oecumenica, si minus de ipsis Pontificibus judicarunt, ipsa tamen Romanorum Pontificum judicia de fide & moribus lata retractasse, recognovisse, & ad trutinam revocasse ; eaque ratione, ob maiorem Judicium frequentiam, & quia in se renda contra Eutychianos sententia, *membra Capitali concordarentur*, non supra Caput membra judicium

Arelateni, mandante, seu verius indulgente Constantino magno, judicium factum est ; dum latam Romam a Melchiade Papa, aliquo assidentibus decem & octo Episcopis sententiam, Episcopi affirmare ducenti Arelate recognoverunt : ut si priores Roma judices suffit eratæ convicti, eorum sententia solvereantur, ut logitur D. Augustinus Epist. 164.

Verum & hanc machinam uno statu disturbavimus Cap. 9. superioris Dissertationis, ubi tria demonstravimus. Primo Concilium Arelatense Melchiadis judicium non recognovisse jure summo, quasi posset supra Romanum Pontificem judicare, sed id egisse ex mera in Donatistis, qui Romam judicio ceciderant, indulgentia, importunitas illorum clamoribus cedendo, qui se male iudicatos vocerabant. Secundo caufam a Melchiade Roma judicaram, queque in Concilio Arelatense retractata est, facti duntaxat fuisse, & quidem mere personalis, non juris & dogmatis. Quo in ordine & Romani Pontifices & Concilia oecumenica errare posse, nemo negat. Tertio Illatos ipsos Episcopos, qui Romam cum Melchiade judicaverant, Judices quoque in Concilio Arelatense, una cum legalis Pontificis confessisse. Atque ut caufa eadem, ab ipsis judicibus secundo cognitæ dici debet ; non ad altius tribunal deducatur atque translata. Maxime cum eadem utrobique, Arelate nimurum & Romam, lata & confirmata sententia sit. Nullam itaque eo in causa Concilium Arelatense in Romanum Pontificem auctoritatem exercuit, qua se illi superius esse significavit. Nunc ad cumulum solutionis addiderim , Arelatense Concilium nationale ut ut maxime fuisse, non oecumenicum. Arque ita, si quid ex facto Arelate judicio, post judicatam a Melchiade Donatistarum caufam, colligi posset, ut Concilium præstare Pontifice demonstretur ; perinde consequens fore, non oecumenicum tantum, sed & mere nationale. Concilium superius illi esse, multoque præstans. Quod tamen ne ipsis quidem veliat audaciores Pontificia Dignitatis impugnatores.

V. Paris omnino sortis & conditionis est quod jactatur a multis judicium, de Eutychianis in Concilio Chalcedonensi factum, postquam a Divo Leon magno, Epistola Decretali ad Flavianum data proscripti damnata sunt : ut Concilium superius Pontificem judicasse probent, deque superiori tribunali sententiam tulisse plenior & solenniem.

Quam parum id evincat ac probet, quod Chalcedon judicium factum est, multis ostendimus. Cap. 2. præsenti Dissertationis : ubi varia, ad vulgaris objectionis solutionem advocabimus. Primo Concilium Chalcedonense post Leonem quidem Romanum Pontificem, non tamen supra Leonem, de Eutychianis judicasse. Secundo Concilium Chalcedonense, visa letaque Leonis ad Flavianum Epistola, eamdem fine mora, per publicam omnium acclamationem approbasse, nullo illius instituto examine : *Hec Patrium fides, sicut clamabant illico, bæc Apostolorum fides : omnes ita credimus, Orthodoxi ita credunt : Anathema ei qui ita non credit.* Tertio Concilium Chalcedonense, judicium de celebrati illi ad Flavianum Epistola fecisse, approbatione duntaxat, non discussio nis acque examinis : Cum omnis de ea disputatio suffit Patribus interdicta. Quarto Latum Chalcedone de hereti Eutychiana judicium, plenius a Marciano Imperatore fuisse dictum, (ut pleniori judicio omnis possit error aboleri) plenius inquam, ob maiorem Judicium frequentiam, & quia in se renda contra Eutychianos sententia, *membra Capitali concordarentur*, non supra Caput membra judicium

cum